



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorum Libri Tres In Diuersos
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,
locisq[ue] scriptos digesti**

Cochlaeus, Johannes

Ingolstadii, 1545

VD16 C 4328

I. Inuectiua Io. Cochlaei in duas Epistolas Mar. Lutheri ad Leonem PP. X.
Scripta Francfordiae ad Moenum Anno 1521. die 20. Ianua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29563

MISCELLANÆ

ORVM IOHANNIS CO.

chlaei, Tractatus primus Libri Primi.

INVECTIVA IOANNIS COCHLAEI

in duas Epistolas Lutheri ad Leonem
Papam X.



Vouſq; tandem abutere Catilina Saxonice
patientia noſtra? quam diu nos etiã furor
ille tuus eludet? Quem ad finem ſeſe effre-
nata iactabit audacia? Quoniam procedet
inaudita hæc tua maledicēdi licentia? Quis
erit deniq; mendaciorum, cōuiciorum, in-
iuriarum, calumniarum, omniſq; generis peſtilentiſſimarū
tuarum machinationum modus? Nolo tibi hic tuas impro-
perare hæreſes, execrabiles alioqui, atq; horrendas, & eas qui-
dem plurimas, quarū bonam partē iam olim uniuerſa dam-
nauit Eccleſia, Nec maledicta tua nunc recenſebo, De una
tecum expoſtulo impudentia, qua tam impūdentem uniuer-
ſo illudis Orbi, Ecce ad ſummum Pontificem alteram iam
ædidisti epistolam, quam forte citius inuulgasti ad populū
quam ſignata peruenerit (ſi tamen peruenerit aut à te unquā
transmiſſa eſt) ad illum. Id quod in priore quoq; ad eundem
epiſtola factum eſſe arbitror, Sic enim in præliminari ep-
iſtola ſcripſiſti cum Staupicio. Rogo itaq; has meas ineptias ſu-
ſcipias, & qua fieri poteſt induſtria, ad Optimum Pontifi-
cem, Leonem X, trāsmittas, ut ſint ibi mihi aduerſus ſtudia
malignantium uice alicuius Paracleti. Vere ineptias, quæ
cum grauiffime læſuræ erant & animum & Maiestatē Pon-
tificis, tibi tamen uice Paracleti eſſe ibi uolebas.

Impudicitia
Lutheri.

a

Dic

Aeditio iniu-
sta.

Honesti re-
uocatio.

Turpis reuo-
catio.

Dic impudentissime, scriptas ne an impressas ad eum trans-
misisti? Si uere uolebas eas ab illo approbari aut reprobari,
Cur antea emisisti in publicum, quā misisti priuatim ad illū?
Tu ne indoctus (ut ibi scripsisti) stupidus ingenio, uacius
eruditione, inuitus ueniebas in publicum? Quis iubebat
aut cogebat? Cur non expectabas (cui staturū te dolosa hy-
pocrisi simulabas) Pontificis iudicium? Cur emisisti prius
quam obtulisti? si ob nudas propositiones disputatorias au-
ditum de te audieras pessimum, quo nomen tuum coram
Pontifici grauiissime ferebat, Cur nō priuatim prius earum
declarationē ad illum dedisti, ut animum eius placares, quā
euulgaris in tantum Ecclesiae Romanae populū? Christiani
scandalum? Quae te coegit necessitas, ut anser streperes in-
ter olores? Si propositiones ille, nō doctrinae, non dogmata,
sed disputationes erant, ut simulabas in epistola, Cur non
potuisti eas reuocare, ubi miram tibi uidebas inuidiam ex ea
inuulgatione conflare? O transfuga leuissime, quanto tum
honestius salubriusque eas aut omnino reuocasses, aut saltem
scandalum earum ad populum fuisses deprecatus, his aut
similibus uerbis. Non asserui sed disputauī: Aut disputatio-
nes fuere, non doctrinae, Quam posteaquam eas in reso-
lutionibus tuis sic quidem pertinaciter asserueras, ut in de-
claratione positionis L VIII, paratum te diceres & ignem
& mortem pro illis suscipere, sic nunc scribas circa initium
de captiuitate Babylonica. Vtinam à Bibliopolis (inquis)
impetrare queam, & omnibus qui legerunt persuadere, ut
uniuersos libellos meos de indulgentijs exurant. Rogo te,
combustor petulantissime, quam potuisset in te uel Papa
uel Concilium sententiam dare grauiorem, quam dederis
tam ipse furore proprio, leuitate plus quam histrionica, im-
pudentiaque plus quā meretricia; Quo id facis exemplo? qua
ratione

In Duas Epistolas Lutheri ad Leonem X: 2

ratione: Certe rationem nullam assignas, neque ulla tibi suppetit exemplum historia. Si hac turpitudine frons tua non rubeat, qua tandem alia rubeat: nunc tu Monache, quavis muliere leuior, & in certamen prouoca uiros, & dic audacissime, Surgite hic uniuersi Adulatores Papae in unum. Eluite haec uiri. Haec ne uiris digna sunt, quae meretricibus si audirent, risui forent: Cur non blandulos Eunuchos mulierculasue dicaces potius in certamen prouocas quam uiros, cum tu sis omni adulatore blandior in Epistola priore, omni muliere fallacior in posteriore: fallaciam postea reuelabo, nunc adulationem tuam plusquam Cinatonicam, tuis uerbis ostendam. Sic enim priorem concludis epistolam.

Prouocatio
insolens.

Adulatio
Luth. ad Papam
Leonem
X.

Quare Beatissime Papa prostratum me pedibus tuae Beatitudinis offero, cum omnibus quae sum & habeo, Viuifica, Occide: Voca, Reuoca, Approba, reproba, ut placuerit, uocem tuam uocem Christi in te praesidentis & loquentis agnoscam.

Sunt haec obsecro uerba hominis liberis: sunt uiris: Quid seruilis: quid effoeminatus: Profer, si potes, ullum ex toto Iuris Canonici corpore Titulum, Canonem, uersiculumue minimum, qui tam seruiliter aduletur Pontifici. Siccine asseris in libertatem Germanos: heccine nobis erit per te libertatis Christianae formula: Hisne armis expugnabis Pontificem: Hui quam egregius Dux Boemorum Nobilitatisque Germanicae, qui sic bellum inferat Pontifici. Dignus nimirum, quem ad tantum bellum sequantur uiri Germani atque Boemi: de cuius leuitate frontem contraherent Mimi, Parasiti, Thaides, Lenones, ac scorta uulgatissima quaeque. Ferendum

a 2 forte

forte quis dixerit, quod metu tam seruiliter te obtuleris. Verum tu ipse generose in priori ad Staupicium epistola omnem procul à te metū excludis, Ipsiq; Pontifici morte quoq; tuam, uelut egregium adulationis tuæ Colophonē, offers, pulchre (ut putas) subiungens. Si mortem merui, mori nō recusabo. Veniam forte precari possis, à uiris quos in rem tantam seducere conaris, si metu solum aut adulandi studio tam seruiliter illi, in quem nunc arma concitas, tete obtulisses, Cæterum quod non solum abiecte, sed etiam fraudulentè sic te obtuleris publice, Exemplum profecto hic dedisti omnibus bonis uiris, ut tibi iure nullam penitus habeant fidem, Quamquam enim dicis Pontifici, uoca, reuoca; Reuocandi tñ animum nunq; habuisti, Nam paulo ante dicebas, Reuocare non possum. Dicis item, Approba, reproba, cum iam certissime apud te ipsum decreuisses, non solum reprobationem, sed & declarationem Pontificis (quod satis iam re ipsa constat) nolle admittere.

Fraudulentia Luthc.

Quin etiam in eodem libro multa asseris constanter (ut tu ais) de plerisq; nihil te dubitare protestaris, Pro quibusdam uero uel ignem ac mortem suscipere paratum te scribis.

Hæc si uera erant, illis certe uerbis: Approba, reproba, cōsona nō erāt. Neq; Christū (ut mendaciter assentabaris) in Papā loquentem agnoscere uolebas. Tu ne igitur uirorum fortium (quos & Germania et Boemia plurimos habet) per tantam animi mobilitatem, impudentiā, seruiliter, fraudulentiamq; Duxeris contra Pontificem Ecclesiamq; Romanam? fateor equidem te argutiarum densitate, allegationumque fumo, ac uerborum technis egregie ualere. At his rebus non expugnabitur sancta Catholica & Apostolica ecclesia, quæ firmiter ædificata est et bene fundata supra firmam

firmam petram, Contra quam, si portæ inferi non præua-
lebunt, quomodo preualebit inanis dicatitas tuar?

Dimissa autem priori epistola, quam & turpi adulatione
fœdasti, et multo turpius intra bienniū simul cū uniuersis
eiusmodi libristuis reuocasti. Ad posteriorem quā possum
breuissime respondebo, non sane ad singula uerba, quod ni-
mium sit uerbosa, sed potius ad capita sensuum, & ne ad ea
quidem singula, ne in futilibus futili labore tempus teram
longius. Primum ostendas mihi uelim, ubi impij (ut uocas)
adulatores turpius & seruilius fuerint huic nostro Pontifici
adulati, quam ipse tu feceris in priori epistola. Ab ijs tamen
calumniose & beneuolentiam captas, & facinora tua per to-
tam excusas epistolam. Sed uide, quam prudenter ex noua
tua Rhetorica beneuolentiam à grauius læso queras.

Meministi semper Pontificis, At uelit ille, te nun-
quam sui meminisse, Coegerunt te impij adulatores. At il-
los longe magis obædientes meliusq; de fide & ueritate
sentientes quā te agnoscit. Vanissimas ais Pij et Iulij Cō-
stitutiones quæ stulta tyrannide prohibuerunt, ne quis à se-
de Apostolica ad futurum Concilium appelleret. At uanis-
simam scit ille præsumptionem tuam, stultissimumque co-
natum, quo sedem Apostolicam quæris euertere, quā om-
nes Reges, Imperatores, Principesque Christiani per tot sæ-
cula tantopere sunt uenerati, strenueque tutati. Certe equi-
ores multo sunt ille Constitutiones quam nugæ tuæ petu-
lantissimæ. Nam si cuique priuatorum at futurum Con-
cilium appellare licebit, omnibus impune licebit & Pontifi-
cem & omnem uexare Clerum ecclesiamq; totam, donec fiat
Concilium. Quasi uero non alia sint regibus Principibusq;
& Prælati negotia, quam ut omni anno mensue Conciliū
inducant per orbē terrarum, propter unius hominis priuati,

Contra alteram epistolam
Luth.

Appellare
ad futurum
Concilium.

& eius quidem leuissimi, contumacis & superbi, uesaniam
nugacissimasq; nugas. In quibus minime cōstet ipse sibi, &
quas ipse iam partim neget, sã uniuersas exuri petat, ut non
solum damno afficiat ementes & uendentes atq; Impresso-
res, Verum etiam incredibili rubore confundat suos fauto-
res, quibus plus æquo placuerant eiusmodi blateramentare
bellionis. Quid igitur opus est Concilio, si reuocas ipse, que
stulte ac male scripsisti?

Quale petit
Concilium
Luth.

Quale uero indicetur Concilium, quod tibi satis uideat̃
tutum & liberum, Cum Constantiense, quod omnium fuit
liberrimum, reprobēs maxime? Quale igitur petis Conci-
lium? an aliud nebulonum nebulo, quam ubi præsint Cen-
tauri, Raptōres, Oberati, Hussitæ & id genus perditissime
fidei homines, quibus omne iudicium in manu sit & uiri-
bus? Interim tibi grassari liceat, non solum in omnem con-
stitutionem Papæ, Conciliorumq; decreta, uerum etiam in
omnia Christianę religionis sacra & sacramēta sacrificiaq;
ad gladij potestatem atq; furorem omnia disponas.

Incōstantia
Hieronymi
Pragensis.

Nec turpe ducashodie asserere, quod cras neges. Tui ni-
mirum Hussitæ Hieronymi Pragensis exemplo, Qui tur-
piter nimisq; muliebriter ex carcere condemnauit ac repro-
bauit dicta factaq; Iohannis Hufs, quæ antea tam magnifis-
ce apud populum Boemicum uerbis scriptisq; laudauerat,
Ac multo turpius postea eundem Ioannem Hufs, cuius do-
ctrinam paulo ante non solum reprobauerat uerum etiam
abiurauerat, publice iterũ laudauit & approbauit, Quam-
uis paulo ante quædam illius dicta sic insana sibi fuerant ui-
sa, ut minime crediturus fuerat, ea illius fuisse, nisi pprio cō-
uictus fuisset illius Chirographo, uir inconstantissimus
nullam penitus uirilitem tanta animi mutabilitate præfe-
rens. Id quod ex actis illius Cōcilij in 19 & 21. sessionibus
apero

In Duas Epistolas Luth. ad Leonem X.

apertissime intelligitur. Huius mores, doctrinam, sectamq;
per omnia diligentissime sequitur hic noster Lutherus.

Tam insigne scilicet nomē, non nisi insignioribus (ut per
totam uidemus epistolam) scribi debet literis, Tanta est em̄
hominis superbia, ut reliquos Theologiae doctores dicat in-
dignos congruere cum LV THER O, Quid insolentius?
Quid alienius à Christiano pectore? Quid inuidiosius in
Monacho? Hec tamen animi elatio turpisq; in cuculla mens
dicante arrogātia perplacet nouarum rerum studiosis. Nec
mobili uulgo displicet forte tanta animi huius mobilitas,
qua toties iam per triennium idem nunc asserit nunc negat.
Bonis certe Christianis ac maturi grauisq; animi uiris adeo
muliebris dictorū uarietas placere non potest. Non em̄ unā
solum aut alteram propositionum suarum retractat, sed uni
uersos petit exuri libros, quos tamē etiam post eiusmodi pe-
titionem allegat, lectoremq; ad eos aliquando remittit.

Quid dicā de Boemis, quos Lypsiæ publice reprobauerat
in disputatione, & in resolutionibus alijsq; nonnullis libris he-
reticos uocauerat, nunc eosdē ueros uocat Christianos, &
nos impios Schismaticos. Certe si uiri sunt Boemi ut sunt,
tantam & Hieronymi & Lutheri in uerbis factisq; incōstan-
tiam laudare nō possunt. Cōdēno eisdem cū sancta ecclesia
Catholica et Apostolica, heretica dogmata Iohannis Hufs,
At multo plus laudo (hoc est minus reprobo) mores illius, q̄
lubricissimorū eius discipulorum Hieronymi et Lutheri, q̄
multē in Boemia mulieres atq; etiā pueri adhuc uilius con-
stantiusq; de Iohāne Hufs sentiūt, q̄ leuissimi istorū patro-
norū animi, qui toties dicta eius iam apparunt, iam reproba-
runt, rursusq; cōparunt, paulo ac tenui momento leuissi-
me in hanc et in illā partē deflexi. Quanta per Deū immor-
talem, immani furore percitus, Lutherus reprobat nūc in no-
uissimis Teuthonicis Latinisq; suis, furij dicam an libellis?

Elatio Lu-
theri

Inconstātia
Luth. circa
Boemos.

Quæ prius ingeniose atque cum albo plurimorum haud
uulgaris cruditionis hominum calculo probauerat: Nun-
quam tamen constitit sibi ipsi, etiam in uno eodemque alio
quando libello. Quod ostendere tamen potius conueniet,
quando ad eos libros parabitur apta responsio. Hic longius
uel inuite ab epistolari responsione protrahit me dicax & per-
tulans hominis inconstantia. Petit Concilium, cui tamen
non sit acquiesciturus. Et priusquam Concilium cogi queat,
ipse nugarum suarum magnam partem per sese reuocat.
Ait deinde Pontifici.

Mendax
Luth. ad PP.
Leonem.

Non tamen unquam interim animum meum a tua
Beatudine sic alienaui, ut non totis uiribus optima
quæque tibi, sedique tuæ optarim, eademque sedulis
atque, quātū in me fuit, gemebundis precibus apud
Deum quesierim.

Ecce quam secure illudit hic Germanus Pontifici,
Teuthonici sermonis ignaro. Nemo sane Germanorū, qui
modo Lutheri ad Germaniæ Nobilitatē Theuhonicum uis-
derit libellum, ignorat, quā immaniter debachatus sit in hūc
presentis temporis Pontificem hic impius in cuculla Mezē-
tius, Qui tamen audet hic impudentissime sese iactare, Bea-
titudini eius se optima queq; optasse iugiter. Nō est hic mos
Germanorum, qui libertatis antiquæ memores, libere absq;
fictione loqui ac facere solent. Dic quæso Luthere, quo tē-
pore hanc ædideris tuam Epistolam. Certe & Narratio tua,
& Datum (ut uocant) Epistolę indicant, in proximo ædis-
tam Septembri, die sexta. Anno M. D. XX. At nos eodē
tempore hic Francfordiæ tuum uidimus Venalem per ne-
scio quot milia libellum istum iniuriosissimum ad nobilitatē
Germanicam, aliumque longe impiūssimum demissa Eu-
charistia q; Sacramento. Nega si, libet, publicū tot mortaliū
in

in nundinis testimoniū. Nam infames illi libelli, neque lo-
cum neque tempus emissionis suę indicant, quod in alijs, qui
apertē & sine fraude docēt, pro more fieri solet. Scit tamen
omnis multitudo, eosdem hic tum Venales fuisse.

Quę igitur fronte post tā grauitē lāsam per eos libellos,
p̄sentis nostri Pontificis & famam & Maiestatem in cō-
muni lingua nostra, aude hic lingua latina f̄eri, quod se-
dulo illi, sedique eius optima queq; optaris? Cum eodem
propet tempore aut paulo ante in propria lingua sic ei fueris
imprecatus, Velut pius, credo, sacrificulus.

Audis hoc Papa, Non sanctissime, sed sceleratissi-
me. Utinam Deus sedem tuam cælitus quamprimum
destruat, & in Abyssum inferni demergat,

Qualia pre-
catus est
Pont. Leoni.
Lutherus.

Sunt hæc illa optima, quę optare soles, impie scurra Dia-
boli: Dic quæso si potes, ubi sic Vuicleph, aut Hufs, aut
ille disertus Hieronymus, tam immaniter talia sit imprecas-
tus sedi Apostolicæ: Væ misero tibi nimumq; superbo ac
fame cupido: qui tam Barbare nomen quæris in sæculo. Ni-
hil perire in omnibus his nouitatibus tibi proprium uideo in-
uentum, præter unum, quo omnia sæcula superas: maledi-
cendi usum. Dogmata enim illa, subtilia quidem sed repro-
ba & erronea, longe ante tuas nugas (Id quod in Actis Cō-
cilij Cōstantiensis uidere licet) protulerunt Vuicleph, Hufs
& Hieronymus Pragensis, Vicia uero Romana iam pridē
tacta fuerunt à Laurentio Valla, à Nicolao Clemange. In
Dialogo Iulij secundi, & quidem longefestiuus. Quia au-
tem hæc omnia tibi superbe arrogas, more tuo facis. Et uul-
gus hæc tibi cuncta tribuit acceptaq; refert, non ob aliā sane
causam magis, quā ob tuā ubiq; maledicendi uehementiam,
qua sic in Papam Clerumque uniuersum insurgis atque

Vehementia
maledicendi
Luthero pro-
pria est.

b

ardescis

ardescis, ut laicis, qui per se uicij nostris (quis autē est sine uicij?) Ecclesiasticæq; libertati lais infesti sunt, nouus quidam uidearis Propheta, atq; ex allegationum fumo uir plane habearis à simplici popello Euangelicus, Cum factis tamē sis à doctrina Euangelica longe alienissimus.

Bilinguis
Luth.

Erubescant igitur & confundantur omnes, qui hæc uia studia laudat. Non uirile, minime uero Germanicum sed meretricium, punicumque est hoc bilingue commentum, quod latine optima quæq; Teuthonice uero pessima quæq; Pontifici (quem toties Beatissimum prædicas) & sacrosanctæ sedis Apostolicæ imprecaris & optas. Post impudens uero de optimarum rerum precatatione mendaciū, subiungit bilinguis iste Poenus uerius quā Germanus.

Quia non
pepercit Lu-
the personæ
PP. Leonis.

Accusari me (inquit) & magno uerti mihi uisio intelligo meam temeritatem, qua nec tuæ personæ pepercisse iudicor. Id si à me factum esset, ipse met nullis modis probare possem, nihilque libentius quā palinodiam huius temeritatis & impietatis meæ canerem. Non sum tam stultus, ut eum incelsam, quem nullus non laudat.

Hæc & plura in hunc modum adulator iste leuissimus simul atq; mendacissimus hic præludit. Dicite quæso Germani, quotquot infamem Lutheri libellum ad nobis litatem Germanicæ legistis, Vidistis ne unquam scripta in quemlibet alium Pontificem grauiora, magisue criminosa, quā in hunc nostrum Pontificem Leonem X. Teuthonice scripsit Lutherus? At quando sic scripsit? nempe eodem in mense, quo hanc scripsit Epistolam, aut paulo ante, Ecce scribit latine Pontifici, se de persona eius
semper

semper non nisi magnifica & optima dixisse. Ostendite mihi quæso in Teuthonico illo libello, quæ nam sint illa optima; cum totus pene libellus de Pontifice eiusq; regimine pertractet. Scilicet optimum est A. III. Quod Papam Hypocritam aut Idolum facit oleatum, nunquam uero Christianum aut hominem religiosum. Aut illud B. I. quicquid est Baptismo erepserit, iactare potest sese iam sacerdotem Episcopum ac Papam esse ordinatum. Ergo Vermiculus aut uana est Baptismo repens nobis erit Papa? Aut illud B. III. Cur sequimur Papam, qui neq; fidem neq; spiritum habet? An illud C. II. Iō potestati Papali nequaquam obtemperandum est, sed resistendum ei corpore, substantia, uiribusq; quibus possumus omnibus? An uero illud C. III. Euigilemus igitur o chari Teuthones, ne rei pariter fiamus omnium miserarum animarum, quæ pereunt per hoc sceleratum ac Diabolicum regimen Romanorum, Et indies magis ac magis Diabolus crescit, si modo fieri queat, ut regimen tam infernale possit fieri peius, quod ego tamen neq; comprehendere neque credere possum. Dicite uos Laici, Cuius hic regimen intelligitis? Nunquid aliud quam huius nostri Pontificis Leonis X.? At optima semper de Leone X. prædicare se ait adulator iste mendacissimus. Quam bona uero sunt, quæ illic continuo subiungit ad longum per multos etiam Quaterniones?

Sed excusabit se forte (ut ad omnia muliebriter dicax est) hic noster Sophista, quod in genere loquutus sit, subticendo nomen Leonis X. Egregie profecto. Quasi uero nesciamus unicum esse Papam; nisi forte Lutherus habeatur pro altero. Et recte quidem secundum ipsius iudiciū. Ait. n. hunc papam potius Antichristū quam Papam agere. O. Palpo
 b 2 turpissime

Sophistica
 excusatio.

Inuectiua Io. Coc.

turpissime, De quo unquam Papa quispiam dixit peiora, quam tu de hoc nostro Papa Teuthonice scripsisti ad populum sediciosissime? Nec tamē erubescis, aut eodē aut proximo post tempore ad Papam latine scribere, quod non nisi optima de eo dixeris. Quis te uir bonus amplius amare queat? Quis credat te tā exercitatum Sophistam nescire, quod multa, quę uerba ce genus sonant, re ipsa certam ex suppositio- ne personam denotant, quando constat unicum esse tale, ut si dicamus Imperator iuuenis est ætate. Papa irascitur Lu- thero, frater Imperatoris est Antuerpię. Quis uero nescit Im- peratorem esse Carolum V. Papam Leonem X. fratrem Im- peratoris Ferdinandum? Quid igitur refert an in Papā dis- cas, an in Leonem X. cum omnes utrobique eandem intel- ligant personam?

*Alia excusa-
tio uana.*

At dixeris forsitan (ut callide solent mulieres atq; Sophistæ) te hic sub persona Pontificis, non Leonem X. sed Iohannem de Medicis intelligere, Ingeniose, me Hercle. Quid unquam scripsisti de Iohanne de Medicis? Quis est ille, cuius opinio & uitæ inculpatæ fama (ut blandiris in epistola) celebratior & Augustior est, in omni terrarum orbe, tot tantorū uirorū literis cantata? Quare ex Erasmo, ex Reuchlino, ex omnibus nostri seculi uiris eruditis, Qui de Leone X. plurima & uere magnifica scripserunt, de Iohāne autem de Medicis uel minus splendide dixerunt uel omnino siluerunt. Tu uero neque de hoc neq; de illo Magnifice scripsisti quicq; nisi aut turpi adulatione in epistolis priua- tis, aut falsa in Syluestrum & aliosq; tuos Aduersarios calum- nia, quando per tuam Sophisticā importunitatem prom- ptissimamq; dicacitatē sinistra interpretatione subito in eos retorques ea, quę ipsi nunquam cogitauerunt. Quod & mi- hi proculdubio facies. Sed dic aut scribe quod uolueris, Ego
Deum

In duas Epistolas Luth. ad Leonem X.

Deū testor, quod uere & ex animo scribo, quæ mea sit de te opinio. Obruereme poteris dicacitate, ueritate nūq̄ euinces. **Aliud Luthemendati.**

Atq̄ deinceps Cōmuni in impias doctrinas inuectus sum acriter, Et aduersarios, non ob malos mores, sed ob impietatem, non segniter momordi. Cuius me a deo non pœnitet, ut animum induxerim, contempto hominum iudicio, in ea uehementia zeli, perseverare, Christi exemplo

Heu impudentiam incredibilem atq̄ impiam. Mentitur nebulo turpissime, Laudat sua uicia, contemnit hominum iudicia, & maledictis suis, quæ tamen in omnibus omnino uiris bonis displicent, etiam amicis & fautoribus ipsis, sanctissima prætexit exempla Christi, Pauli, atq̄ Prophetarū. Quis uero nesciat, eum impudenter mentiri hic, qui legerit eius in Syluestrum, Emserū, Ecciumq̄, ac Minoritā scriptas. Quid illi crebrius est in ore atque calamo, quā adulatio, auaritia, iactantia, inscicia, sterco, Cloaca, & id genus criminationes, Irrisionesq̄ plurimæ: quibus non impias aduersariorū doctrinas (ut hic scribit) sed mores hominum redarguit.

Quæ obsecro uideri potest impia doctrina in breui illa candidaq̄ Emseri epistola, quā ille primum contra scandala Boemorum, populiq̄ uicini post Lipsicam disputationem ædidit. In eam tamen talem ædidit Lutherus uenationem, tot conuicijs, criminationibus, illusionibusq̄ refertam, ut exercitatissimus histrio impudentius turpiusque dicere non possit, cum adhuc nullo penitus iniurioso ibi uerbo esset ab illo lacessitus, Et tamen audet hic illi suæ maledicentissimæ leuitati, Christi, Apostolorumq̄, ac Prophetarum exemplum prætere, Sed inuenitibi uirum uere germanū

Epistola Emseri.

Venatio Lutheri.

Inuectiua Iohannis Coclaei.

fortemq; ac nobilem. Vnus enim ille Emser ita uiriliter à se repulit Sophisticam huius loquatitatem, ut nuncq; redierit postea Criminator ille aperta saltem acie aduersus eum in harenā, quamuis à longe sapius (uelut mordax canis semel egregie uictus) obliquis interim cauillis oblatrauerit.

Scæleratum uerbū Luch. Si uir eras Luthere, immo si adhuc ullum habes aut uirilitatis, aut honestatis in te Venulam, Responde ad ea, quæ ille tibi obiecit tot à te iniurijs antelacessitus: si non ad omnia, saltem ad unum illud uerbum, quo apud Nobiles quosdam Lipsiæ dixisti.

Hanc rem non esse propter deum inceptam, neque propter Deum esse finiendam.

Certe ut obiectum hoc uere planissimeq; diluas, omnis tua causa, si bonam aut iustam uideri uelis, maxime efflagitat, Cur hic tam diu taces Venator inuictissime? Cur innocentiam tuam non ostendis? Quam illi potes impietatem uere per calles tuæ dicacitatis obtendere? Ego semper expectaui, quidnam esses contra uirum illum oppositurus. At nihil interim audiui, nisi quod dixeris, lixas quoq; nosse criminari. Norunt quidem, faciunt autem minus impudenter quā tu. Erubuerunt ob id plurimū fratres tui, è quibus prudentiores aliquando dixere, hunc uirum recte tibi lauisse Cucurbitam. Quamuis tu eum paulo ante in petulantissima superbissima tua uenatione ita contempseris, ut nunquā eum contra te quicq; ausurum credideris. Cur igitur ad uirilem eius responsum non rebuccinas, ne mussitas quidem? Inuenisti semel uirum Eunuche? Cur muliebriter parasti nuper ultionem in exemplar animatum. Cum uir ille animosus adhuc supersit? Si uenabulum habes uirile, ecce tibi Capricornum nobilem. Redi, si uir es, in illius uenationem.

Vtinam

Vtinā nosset populus signatas illas bonorum uirorum ad te literas, & eas quidem plurimas, quibus te fideliter monuerunt, ut a mordacitate illa tua (quam tu hic impie in Christi refers exemplum) desisteres, ageresq; modestius. At tu non amicorum solum, sed cunctorum contempnis (ut hic ais) hominum iudicia, Quid ni? Cum sapias per te solus, Doctiorq; sis multo, non solum Thoma & Scoto cunctisq; retro Pontificibus, Verum etiam ipso Aristotele, cuius inscitiam tam egregie nosti unus, Vbi talia iactauit Christus? Vbi tam impudenter mentitus est ullus uir bonus? Vbi sic momordit falsis criminationibus? Profecto similem tui Calumniatorem nunq; habuit Germania, beneq; spero, similem post te habituram eam esse nullum. Subiungis hic, post blandam subdolanq; assentionē tuam, de solito studio mordacissimā criminationē in sedē curiamq; Romanā. Quod sit quauis Babylone et Zodoma corruptior, quod sit deploratæ, desperatæ, atq; conclamatæ impietatis, quod ē Roma in Orbem inundetiam a multis annis non aliud quā uastitas rerum, corporum, animarum, & omnium pessimarum rerum pessima exempla, quod ē Romana Ecclesia, quondam omnium sanctissima, facta sit spelunca latronum licentiosissima, lupanar omnium impudentissimum, regnum peccati, mortis, & inferni.

Immodestia
Luth. etiam
ab amicis res
prehensa.

Mordax.
Criminatio.

O stulte & insensato corde, Credisne eiusmodi uerbis placari posse, grauius ante læsum a te Pontificem? Tam stupidum putas esse illum, q̄ tu es impudens? Si hæc uera sunt, cui iustius, q̄ personæ Pontificis (sub cuius manu atq; regimine sedes, Curia, ecclesiæ Romana uertit atq; consistit) imputabūt? Nō priuatus ibi degit, ut in Babylone olim Daniel

Stulticia
Luth.

sed

In resolutio-
nibus.

sed publicus est idemq; supremus totius Curiae Ecclesiaeque
Ro. Rector & moderator. Nihil igitur dicis in Ecclesiam
Ro. quod in personam Pontificis pessima tua criminatione
non redundet. O transfuga leuissime, nunc adularis personae
Pontificis (quamuis nimis fatue, omnique meretricio more
fallacius) & pessimis criminationibus sanctam impetis
Ecclesiam Ro. Cum haud ita diu alibi contrarium senseris,
ita dicendo, Ego audio Papam ut Papam. Id est, ut in Ca-
nonibus loquitur. Non autem, quando secundum suum ca-
put loquitur. Quando obsecro semel erubescas effrons & bi-
linguis Nebulo: En uerbis hic turpiter adularis Pontifici.
Turpius infectaris sedem Apostolicam, turpissime calum-
nias sacrosanctam Ecclesiam Ro. Factis uero sedicionem
conciatas in Pontificem, Apostolicę sedis & antiqua et noua
iura concremas, Boemiam iustificas, impiam Schismaticam
que uocas Ecclesiam Ro. Hęc tamen omnia fert Princeps
terre, in qua habitas. De quo ipse ante Biennium scripsisti,
si talis esses, qualis profecto nunc omnibus appares, quod fie-
ri non posset, ut is talem pestem in sua permitteret uniuersita-
te, Cum sit Catholice & Apostolice ueritatis unus facile
amantissimus. Sed uidemus Proh Dolor nunc omnes,
Qualia quantaque tibi audacissim o Heretico impiissimoque
sacrilego permittat. De hoc aliorum esto iudiciu, Ego hic
tuam incuso impudentiam, quod talem epistolam bonis uis-
ris ostendere fueris ausus, atque etiam in publicum euulgare,
Quam ego Pontifici non ausim ostendere, uel magno in id
conductus precior. Audes. n. illi adulari primu, deinde atrocis-
sime criminari sedem atque ecclesiam Ro. Legatum illius Palatiique
magistrum falsis calumnijs accusare, nihilominus non impudentis-
sime per hęc tibi pacem impetrari posse speras atque præ-
sumis. Quanta uero criminationibus tuis miscueris menda-
cia, in alijs responsionibus aptius dicetur. Epistolaris modus
ad

ad omnia hic responderi non sinit. Nam ubi longam causæ tuæ fabulam narrare incipis, insignem ipse prodis & propo-
 siti tui maliciam & animi elationem. Si enim bona & utilia existimas quæ scribis, Cur ea reticere uolueras? Si mala sunt cur tot scandala publice præbes ex priuato in Eccium, Caietanumq; odio? Utinam illius uerbi fuisses, in furore priuati uel odij uel iniuriæ memor. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendat mola sinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quid tamen in te commisit Legatus, nisi quod petijt ut reuocares de indulgentijs perperam scriptas? At iam ipse reuocasti tuo solius oestro percitus. Curigitur illi potius quam tuo nunc oestro (quod omni est mania furiosus) irascaris? Cur in Caietanum reñcis calumniose culpã, quasi passus nõ sit ut sileres? Vbi iussit te aut loqui aut scribere talia? Vnum iussit reuocari libellum, At multos interea pprio furore turpiori palinodia reuocasti. Vide obsecro quantam dehinc superbiam proferas ex cuculla.

Malicia Lutheri.

Matth. 18.

Card. Caietanus.

Vario, (inquis) negotio cursat & recurſitat Miltiti-
 us, homo nobilis proſapia, ad reparandum causæ
 statum, quem Caietanus temere & superbe turbaue-
 rat, ac uix tandem, etiam auxilio illustrissimi Princi-
 pis Friderici Electoris, effecit: ut semel & iterum fa-
 miliariter mecũ loqueretur, ubi denuo Pontificis no-
 mini cessi, paratus silere.

Iactantia Luth.

O rase rase, quantam hic prodis impudentiam? Ecce non erubescis fateri, tantam fuisse tum insolentiã tuam, ut Nuncius Apostolicus, ex terra ista uestra oriundus, nobilis & honoratæ familiæ, uix tandem, tui Principis intercessione, à te familiare impetrauerit colloquium, Idq; semel tantum & ite-

c rum

Iniquus ultio-
nis zelus,

Perfidia Luz-
theri.

rum & pro magno imputas munere Pontifici, quod rursus fueris silere paratus. Non igitur aut Christi aut reformationis zelo agis, quicquid uel scribis uel dicis: cū scribaste, ad unum bonum aut Pontificis, aut nunciij eius uerbum, paratum silere. Quicquid uero uel criminationū uel scandalorū furiose interim euomisti in publicū, id omne referri debet ad priuatum rē tuā furorem, quem cœpisti priuatim in Eccium. Quæ admodū fecit olim Narses Eunuchus Iustiniani, post debellatos in Italia Gothos, uocās temere ad longa maiora Italiae dāna Longobardos, quā XX. annorū bello prius perpeffa fuerat, propter unū Imperatricis Cōstantinopolitanę uerbū iniuriosum, quo dixerat illū redire debere ad penā mulserū in Gynecio distribuēda. Is itaq; impotēti ira succensus, scribit Longobardis, ut inuadant Italiā, Semiuir ingratiſſimus, conuertens furorē & uindictam, nō in mulierem iniuriantē, sed in terram innocentē atq; optime de se meritam. Et paulo post, cœpti pœnitens scribit Barbaris, ne ueniant, reuocatq; inaniter scripta priora, At nihilominus misera Italia per iram illam iniuste data est in ultionem, Barbarorum immanitati supra CC. annos obnoxia. Sic noster hic cucullatus Eunuchus, propter unius Eccij uel audaciam uel pertinaciam disputandi, quod is non statim submiserit se uictoriosæ ac triumphanti cucullæ insurgit statim impotenti furore tumidus cucullifer, collaudat schismaticos Boemos, incitat feroces Teuthones, suscitāt in simplici plebe tumultum; Non sane contra Eccium qui disputauerat, Sed contra summum Pontificem, à quo neq; uerbo neq; facto ullam acceperat iniuriam, quin etiam illius autoritate Apostolica se Theologiæ Magistrum fuerat publice professus: Contra sedem Apostolicam, cui iuramento fidelitatis erat astrictus, Contra sanctā Ecclesiā Catholicā & Apostolicā, eius Decreta Conciliaq; refutans, in cuius gremio Christia-

nismum per Baptisma suscepit, Contra ritus, ordinationes, sacramenta, Cerimonias, Cōsuetudinesq; totius populi Christiani, quem tamdiu iam miserabiliter, perniciosis Sophisticæ suæ præstigijs fascinat ac seducit. De isto furore gloriatur hic apud Pontificem.

Et fateor, inquit, hac occasione, non parum uenisse ad lucem Romanarum corruptelarum, sed in qua, si quid peccatum est, Eccij culpa est, qui onus supra uires suscipiens, dum gloriam suam furiose captat, ignominiam Romanam in totū orbem reuelat.

Iniqua gloriatio de malo

O superbissima cuculla, quid cōmiserat Eccius, nisi quod inter disputandū ad genua tua non p̄cidit, neq; uictū se dedit? Quid in breui epistola peccauerat Emser, nisi q; Ecciu in disputatione illa fortissimū dixit, contra uestrū duos stantem, Theologū: Tu illi nihil crebrius obiicis q̄ gloriæ aucupium, Neq; ego eū à uicio illo p̄sus imūnē assero, sed ex aīo dicere ausim, te in eo uicio lōge supiorē esse illo. Tantoq; peiorem, qd nosti uiciū illud noxia quadā hypocrisi obtegere p̄ simulatā in externa conuersatione sanctimoniam. Intus autē longe magis Leoninū, immo pauonicū, sub ouina cuculla geris aīm Thraso gloriosissime, q̄ uanā huius mūdi gloriam tu sectaris, atq; adeo auide aurā captas popularē, ut equo animo nō feras, aliū tibi, nō dico æquiparari, sed ne cōferri quidem. Dicis, n. Quasi digni fuerint cū Luthero congregari.

Et quamuis à tuis immodice lauderis, id tanē minime Laudator tibi satis est nisi & tu crebrius laudares teiplum, qd doctior suis Thomā, Subtilior Scoto, eruditior Aristotele, melior in scribēda Hierarchia Dionysio. Vbi talia p̄dicat de se Eccius Neq; tamen solum peccas iactantia plusq; Thrasonica, uerū etiam canina palles inuidia, qua ferre non potes alium uel

Laudator
suis Lu
therus.

sine criminatione tui laudari. Quid enim in te criminatus fuerat Emser, quādo candide & simpliciter laudauit Eccium? Neque erubescis hic Eccium aperta onerare calumnia. Vbi enim reuelauit ille Romanā (quod tu facis) ignominiam? Egregius quidem es Sophista, sed rogo te, qua infers consequentia, Eccius gloriam furiose captat, ergo Romanam ignominiam in totum orbem reuelat? Esto, quod inique peccauerit in te Eccius; Cur non in ipsum, sed in pontificem, Cardinales, Curiam Rom. Sedem Apostolicam, in Concilia, Decreta Patrum. Inque Decretales Pontificum, atque adeo in Sacramenta, & in totam Ecclesiam, ultionis impetum publice uertis? Cur seditionem potius quam rixam scelerate machinaris? Adeo ne stupidum putas Pontificem, ut tanta tua aedita interim crimina atque scelera, ex leuissima tua in Eccium siue causa siue occasione, purgari atque aboleri sinat? Neque rursus erubescis hic de his tuis criminationibus, datisque per tot scandala damnis, impudentissime gloriari apud eum, quem in ijs omnium grauissime laesisti. Quinetiam audes, absque omni fronte, in maius, quam reuera sint, data per te damnare extollere. Sic enim superbe subiungis.

Gloriatur
Luth. de sua
malicia.

Quid sua adulatione promouit, nisi malum, quod nullus regum promouere potuisset? foetet enim hodie, inquis, nomen Rom. Curiae in Orbe, & languet Papalis Auctoritas, famosa inscitia male audit. Quorum nullum audiremus, si Eccius Caroli & meum de pace consilium non turbasset.

Proh scelus atque pudor, quod uni Cucullae tantum liceat, quam impudenter insultat Pontifici, a quo pacem suppedit, quam gloriose iactat se de malo, quod nullus regum promouere potuisset, quam presumptuose arrogat sibi omnem Curiae

Curia Papæq; infamiam: Quasi ante ipsius criminationes non fuerint æditi in malos mores atq; abusus Curia Romæ libelli plurimi, eius cacationibus longe festiuiores. Quasi nihil dixerit Valla, nihil Iohannes Hufs, nihil Huttenus, nihil alij disertij atq; ingeniosi homines plurimi.

Luth. in ma
la potentior
Regibus.

Audet impudens cuculla fateri, se promouisse malum, quod nullus regum potuisset, Potentior nimirum rege Francia, atq; etiam (si dijs placet) nostro Casare, tot regnorum Principe. Sed longe falleris Luthere superbissime, possent illi multo plura atq; maiora, sed nolunt. Meliorē habent quam religionem, malunt exemplo Constantini magni Pontifices in Dei honorē ut patres uenerari, quam ut hostes persequi, Norunt ex historijs, & foeliccs colentium, & in cœlicis insectantium, euentus. Laudabilius ducunt cum Constantino Chlamide, sacerdotū scandala obtegere, quam tecum inaniter absq; fructu in populum euulgare. Quid em̄ boni hactenus hoc nefario conatu promouisti?

Quæ damna sensit per te uel Papa uel Curia? Idem ad huc regimen est, ijdem prouentus, eadem causarum tractatio, eadem obedientia, eadem quoq; Authoritas atq; potestas Pontificis per orbem terrarum, excepto uno Vuitenbergæ tuæ angulo, unde nihil unquam obuenit Pontifici, quod pensitatione dignum foret. Nisi forte dixeris Indulgentiarum quæstum per tuos libellos (quos tamen iam reuocasti) ademptum. Quasi uero ex eo quæstu Pontifex uiuat aut Curia, Tolle illos nummulos, quorum semper minima pars Romam peruenit, & nil damni sentiet, Caput Orbis terrarum, cunctis gentibus adhuc, præter Boemos, tuamq; miseriam plebeculam, uenerabile Roma: Cuius nonnulli ciues hodie quoq; & meliores & ampliores habent redditus annuos uel singuli, quam Principes aut Comites illi sub quo-

Quid damna
fecit Luthere
Roma, Pontifici.

Inuectiua Io. Coc.

rum umbra tu tam ferociter totum prouocas Orbem.

**Damna pas-
triæ per Lu-
therum.**

Tonum nos cantilenæ tuæ in fine (ut dicitur) uidebimus, tolle indulgentias, tolle missas, tolle sacramenta, omnemq; cultum diuinum à seducta per te rudi illa plebe, tantū proficies in Misniæ angulo illo, quantū profecit Huls in Boemia, immo longe miseriorem magisq; incultam reddes illā patriam, quā adhuc sit Boemia, Dic foelicem Boemiam, foelicem Greciam, quod Ro. Pontificem non agnoscunt, cum satis constet terras illas ante annos centum sub unitate Ecclesiæ longe fuisse foeliciores, magisq; cultas. Nihil per hæc grauis damni procurabis aut Romæ, aut Pontifici, dempta una tot per tua scandala animarum salute, Nos Patrum nostrorum instituta pie sequemur, Pontificem, ut ante, debita reuerentia colemus, Abusus Curia Principibus Prælatiq; nostris, ut emendentur, commendabimus.

**Pium exem-
plum Con-
stantini.**

Et multo honestius quam tu, cum Constantino magno (ut habet in X. libro Ecclesiastica historia) dicemus ad Episcopos. Deus uos constituit sacerdotes, & potestatem uobis dedit, de nobis quoq; iudicandi. Et iam nos à uobis recte iudicamur, Vos autem non potestis ab hominibus iudicari, propter quod Dei solius inter uos expectate iudicium. Vos etenim nobis à Deo dati estis Dii, & non est conueniens, ut

Psal. 81

homo iudicet Deos, sed ille solus, De quo scriptum est
Deus stetit in synagoga Deorum, in medio
autem Deos discernit.

Francfordiæ ad Moenum, Die XX. Ianuarij
Anno Domini M. D. XXL